dolores ferant in vigilijs. Sic etiã vires, ut iã dictũ
est, ad alios quosuis duros, arduos, ac asperos susti-
nendũ labores per somnũ potissimè corroborant. Quod
ipse quoque omniũ creator, omniũ salvator, servator
omniũ Christus Dñus, lucidissimũ exemplar virtutum,
certissimũ veritatis iter, brevissima, bene ac honestè
vivendi norma proprio suo exemplo edocere, atque
ostendere voluit. Ubi enim ône diei spatiũ numero-
sa plebis frequentia Verbũ divinũ docuisset, omnesque
corporis sui vires clamando exhausisset, atque enervasset,
n̄ cibo, n̄ potu, n̄ cantu, n̄ instrumenti cuiuslibet
modulamine, n̄ quovis alio recreandi modulo, sed
somno, somno inquã, et ipsissimo somno in discipulorũ
navigio spiritũ vires resuscitavit, atque restauravit.
Possem hoc loco cumulari latius, et id quod dico tum
repetitis e memoria veteri, tum vivis aspirantibus
confirmare exemplis, nisi me temporis ratio brevem
esse moneret. Atque ne longior sim, vobisque forsan molestior
studiis benevolentissimi, multa satis, ut opinor superque

dicta